

cere gravitatem controversiae summi momenti qualis est ea quam agitamus. Qui haec obtrudunt non aduent, se inter capita bestiae connumerare baptismum et eucharistiam. Quo non impellit haeticus furor?

II. Obj. Frustra catholici jactant orientalium Ecclesiarum consensionem. Etenim 1. Notum est nonnisi post saeculum XII, ceperisse Latinos septenarium sacramentorum numerum propugnare. 2. Porro ea ipsa aetate instituta sunt a Latinis expeditiones ad orientalis orbis plagas, Constantinopolim, Palastinam, imo et Syriam occuparunt; a Latinis proinde tum Graeci, tum orientales populi illam doctrinam mutuati sunt. 3. Ceterum neque omnes constantes in hac professione fuerunt, siquidem plures missionarii, quos vocant, Gracios accusarunt, quod non omnia sacramenta admittant; Thomas a Jesu et Guido carmelita, Jobus Ludolphus eandem accusationem intentarunt adversus Aethiopes et Abyssinos (1); Mathurinus autem Veyssierus Lacrozius adversus Armenos ac Nestorianos Malabaricos (2). Mirum porro non est, ejusmodi gentes, unum aut alterum sacramentum non agnoscer, siquidem ea aetate, qua Latini appulerunt ad oras asiaticas, nondum satis firmiter constitutus erat septenarius sacramentorum numerus. 4. Nam Magister sententiarum, Hugo a S. Victore, B. Bonaventura automarunt confirmationis et extremae unctionis sacramenta ab apostolis instituta fuisse, vel etiam a concilio Meldensi sive Ecclesiae IX, ut de confirmatione affirmat Alexander Alensis; Jacobus autem de Vitriaco, Durandus, aliique ab ipso adducti matrimonium a Sacramentorum albo excludunt. 5. Quae cum ita se habeant, merito Cyrillus Lucaris patriarcha constantinopolitanus in fidei professione art. XV, testatur: *Græcorum perpetuan et constantem esse doctrinam, duo tantum sacramenta, baptismum et eucharistiam, a supremo Legislatore Christo sancta.* Ergo.

Resp. ad 1. Dist. Id est post saeculum XII, ceperunt scholastici conceptis verbis septenarium numerum sacramentorum propugnare, *Tr.* in Ecclesiam tum primum illum sacramentorum numerum intulerunt, N. Quemadmodum in reliquis fidei nostræ articulis factum est, ut per scholasticam methodum, in certas classes redigerentur ac propugnarentur, id ipsum contigit in fidei articulis de re sacramentaria: at aliud est novam methodum adoptare in tradenda ac propugnanda doctrina catholica, aliud vero novam doctrinam obtrudere. Quomodo enim scholastici potuerunt primi invehere septem sacramenta, si extant libri rituales Latinorum, et Euchologia Graecorum et Orientalium quæ longe superant aetatem scholasticorum, et in quibus septem sacra-

(1) Jobus Ludolphi *Historia Aethiopica* Francof. ad Moenum 1681. vol. I. fol. lib. m. cap. 5. n. 44. ubi scribit: « Pergimus ad sacramenta, quorum (Abyssini) neque communem nomen, neque numerum habent. confirmationem et materiam elementarem: cui etiam Spiritus S. contulit virtutem sanctificandi. » Cf. edit. Venet. 1573. Digni aliqua venia sunt scholastici illi, qui ea aetate scripserunt, quæ laborabat in opere monumentorum, quibus nos abundamus.

(2) *Hist. Christianismi Indor.* Hage Comitum 1724.

menta recensentur, et cujusque administrandi ritus describitur?

Ad. 2. Neg. quia 1. Euchologia Graecorum pluribus saeculis Latinorum expeditionem antecedunt (1); 2. quia summa viget rituum diversitas in administratione sacramentorum, ob quam frequentes inter Ecclesias orientales et occidentales extiterunt querelle; 3. quia spectata orientalium indele, simulatione, simulata adversus Latinos, impossibile id ipsis vel tentare fuisset (2).

Ad 3. Neg. Nam plerumque missionarii aut inertis testimoniis, aut rituum diversitate decepti sunt; Ludolphus vero ac Lacerius, utpote haeretica labi infecti, decipere voluerunt. Ceterum adversus eos omnes prostant publica documenta, quæ omnem dubitationem amoliuntur (3).

Ad 4. Dist. Id est censuerunt illi scholastici duo recensita sacramenta non fuisse instituta a Christo immediate, sed solum mediate, nempe per apostolos, *Tr.* fuisse instituta ab Apostolis auctoritate propria, N. Nihil porro officit fidei illa sententia, quam adhuc tenent quidam theologi, nec detrahit numero sacramentorum. Alex. Alensis cum ceteris convenit confirmationem esse sacramentum, quod nobis satis est. Quod vero institutum ipsam censuerit in concilio Meldensi, peculiarius ejus fuit sententia, in qua graviter hallucinatus est, nec quempiam habuit sectatores (4).

Jacobus de Vitriaco et Durandus numquam iniciati sunt matrimonium vere et proprie esse sacramentum, ut suo loco ostendemus, sed tantum volunt matrimonium in remedium concupiscentia praesertim fuisse institutum (5). Durandus præterea suam sententiam emollivit, eo quod in aliorum reprehensionem incurrit, ut pariter agendo de hoc sacramento ostendemus.

Ad 5. Resp. Cyrrillum Lucarim qui sese auro hollandico devoverat, aperte mentitum fuisse, dum ha-

(1) Satis est oculos conficere in syllabus Ritualium præmissum a Martenio operi suo de antiquis Eccles. ritibus, ut patae plures mss. cod. longe excedere aetatem, qua expeditiones in Palestinam sub Urbano II, ceperunt post an. 1088. cf. etiam Renaudotum *De Perpet.* *Fid.* lib. I. cap. 7.

(2) Si unquam alias similitates inter Graecos et Latinos, maxime istæ exarserunt hoc ipso tempore, quo Latini Constantinopolim occupabant, eo quod Graeci ob eam quam præferebant indelem fraudulentam nimium ac versipellem diuriusculæ a Latinis tractarentur. Cf. Renaud. loc. cit.

(3) Cf. Leon. Allatum de Eccles. Orient. et Occident. perpetua consens. lib. m. disputantem advers. Anton. Caum Archip. Corcyrensem; necnon Renaudotum op. cit. cap. I. et seqq. Certe Ludolphus plura conatur Abyssinis et Aethiopibus affingere dogmata lutheranorum propriæ. Ex quo patet nimia ejusdem scriptoris propensio in suam sectam.

(4) Nonnulli querunt emolliere, aut alio vertere mentem Alexandri Alensis: ast irrito labore. Ejus verba in Summa Theol. P. IV. Q. IX. Memb. I. resol. hæc sunt: « Institutum fuit hoc sacramentum (confirmationis) Spiritus S. in instictu, in conc. Meldensi, quantum ad formam verborum et materiam elementarem: cui etiam Spiritus S. contulit virtutem sanctificandi. » Cf. edit. Venet. 1573. Digni aliqua venia sunt scholastici illi, qui ea aetate scripserunt, quæ laborabat in opere monumentorum, quibus nos abundamus.

(5) Cf. Estium in lib. 4. Sent. Dist. 26. § 9.

reticam suam professionem pro confessione Ecclesie græcae obtrusit. Hinc jure merito in synodo Hierosolymitana an. 1672, celebrata dicitur: *Anathema Cyrillo nova dogmata fabricanti, et credenti non esse ex institutione Jesu Christi, neque ex apostolica traditione, prædicta perpetua, septem Ecclesie sacramenta, baptismum scilicet, etc., sed mentienti duo tantum a Christo in Evangelio fuisse tradita, baptismum scilicet et eucharistiam.* Eadem synodo jam præverat Jeremias patriarcha constantinopolitanus (1). Nunc fraude detecta, ac veritate compulsi protestantes ejusmodi patricinatorem deseruerunt.

III. Obj. Si patribus et scholasticis standum esset, plura quam septem deberant admitti sacramenta. 1. Etenim alii monasticam professionem, et preces pro defunctis oblata sacramentis adnumerant, ut Graeci passim; alii virginitatem et martyrium, ut Tertullianus et Hieronymus saltem quoad martyrium; alii aquam lustralem, cineres in capite jejunii benedictos, paschales cereos aliaque ejusmodi, ut Hugo Victorinus. 2. Alii potissimum pedum lotionem, ut SS. Ambrosius et Bernardus: 3. Et sane huic neque divina deest institutio, nec ritus sensibilis, neque divina gratia promissio, ut colligitur ex illis Christi verbis ad Petrum J. XIII. 8. *Si non lavero te, non habebis partem mecum.* 4. Hinc recepta olim ejusmodi lotion in Ecclesia ante baptisimi collationem. 5. Theologi insuper tria passim baptismata distinguere consuerunt fluminis, flaminis, et sanguinis; septem etiam ordines tanquam totidem habent sacramenta. Ergo.

Resp. Neg. Ant. ad 1. prob. Dist. Analogice, seu quoad effectum collatum cum effectu baptismatis et poenitentia ex dispositionibus eorum qui aut vota religiosa nuncupant, aut virginitatem profertur, aut martyrium subeunt, C. vere et proprie dictis sacramentis adnumerant, N. (2). Quod præsertim attinet ad Hugonem Victorinum, quæ recensita sunt vocat sacramenta latiori sensu pro sacramentalibus, quatenus *Salus ex eo augetur in quantum devotio exercetur*, ut semel fusius explicat (3).

Ad 2. Dist. Significatione, C. efficacia, N. Ita

(1) De hoc Cyrrillo Lucari simoniaco, intruso et haeretico patriarcha constantinopolitanu cf. Leon. Allat. op. cit. lib. m. cap. 11. qui fuso de eo scribit, et calviniistarum fraudes omnes detegit, ac referat præterea ingentes pecunie summas ab iis erogatas tum ipsi Cyrrillo Lucari ad extorquendam ab eo hereticam confessionem, tum etiam alios ad ejus revocationem obtinendam ab exilio, in quod fuerat conjectus ob tumultus ac turbas in eundem excitatas a contribubilis suis, ob hereticam quam profitebatur doctrinam. Cf. etiam Renaudotum op. cit. lib. I. capp. 5, 6. et 7.

(2) Cf. Renaudotum ibid. cap. 8. ubi etiam solvit difficultatem petitanam ex Dionysio vulgo Aeropagita nuncupato, qui visus est aliquibus nonnulla alia numerare sacramenta; ac ostendit hunc auctorem tantum agere de ministeriis, quæ ab episcopis cum solemnitate celebrantur, et solvit quod sibi objecera Altatus loc. cit.

(3) Cf. ipsum Hugonem de s. Victore opp. tom. m. Venet. 1588. tum in opere *de ceremoniis, sacramentis, officiis*, etc. Lib. I. cap. 12. ubi expresse septem esse docet sacramenta, quæ in Ecclesia ministrantur, de quibus etiam singillatim agit: tum in *Dialogo de sacramentis legi naturali et scriptæ*, ubi fol. 184. b. distinguit inter sacramenta, quæ inpropræ dicuntur, ab iis, quæ proprie talia sunt. Priora affirmat in sola significacione consistere, posteriora in significacione et efficacia. Cum porro docuisset sa-

exponendi sunt SS. Ambrosius et Bernardus: quando lotionem pedum vocant *sacramentum*, quatenus sci-licet significat remissionem peccatorum *venialium*, superbiæ et concupiscentie coercionem per opus humilitatis, quod per illam ablutionem exercetur; nenter enim affirmavit remissionem peccatorum per se conferri ab ejusmodi lotione. Profecto si ad hoc instituta fuisse pedum lotio, quotidie frequentaretur in Ecclesia; jam vero nonnisi semel in anno, nec ubique usurpatur.

Ita explicantur, que scribit s. Ambrosius lib. de Mysteriis: *Ideo planta ejus abluitur, ut haereditaria peccata tollantur* (1), id est superbia, concupiscentia, etc., ut exponunt Maurini editores. Item que scribit, lib. III. de sacramentis cap. I. n. 5. *Mysterium est et sanctificatio* (2). Nempe *dispositive*.

Sic cum s. Bernardus in serm. de Coena Domini n. 2. ait: *In hunc itaque modum appropinquans passioni Dominus, de gratia sua investire curavit suos, ut invisibilis gratia signo aliquo visibili prestaretur. Ad hoc pedum ablutionem, ad hoc denique ipse baptismus initium sacramentorum omnium*; et n. 4. *Nam ut de remissione quotidianorum minime dubitemus, habemus ejus sacramentum, pedum ablutionem.* Cum, inquam, haec hisque similia ibidem protulit s. pater, nonnisi improprie, ac sola significacione sacramenta esse intendit, prout animadvertis Mabillonius; quod pariter intelligi debet, cum hanc pedum ablutionem confert cum baptismate et eucharistia, quibus longe diversam efficaciam tribuit in hoc ipso sermone, quam tribuerit pedum ablutioni (3).

cramenta in tribus consistere, *rebus, verbis, factis*, enumerares res in quibus potest haberi ratio signi, affirmat esse « In aqua, in pane, in vino, in sale, in cinere, in oleo, in igne et in ceteris hujusmodi. » Ex his patet, qua ratione haec dixerit sacramenta, nempe ratione signi et significacionis rei sacrae, ad quam adhibentur. Eadem tradit in Tract. IV. de sacramentis in generali ib. cap. I. fol. 203.

(1) Cap. 6. n. 52. in quem locum adnotant Maurini editores, citatis s. Ambrosii verbis, non significari ipsum originale peccatum, sed concupiscentiam, quæ quatenus a peccato est et ad peccatum inclinat, ab Apostolo peccatum vocatur. Putavit igitur s. Antistes per pedum lotionem pecuniale gratiam conferri ad resistendum hinc *lubrico delinquendi, lubrico calcanei, lubrico haereditatis*, ut ipse alibi loquitur, et quidem quatenus *majus subsidium sanctificationis* suppeditat ejusmodi fidelis ac devotionis exercitum.

(2) In hunc locum cf. pariter eorumdem edit. notas. Ceterum s. Ambrosius, seu quisquis est auctor horum librorum de Sacramentis, de quo vid. prefat. Maurini latebat hoc ipso in loco, hanc consuetudinem pedes lavandi in administratione baptismatis penes Ecclesiam Romanam non obtinuisse. Insuper ibidem n. 7. subdit hic auctor: « Respondit illi Dominus... qui latit, etc. Quare hoc? quia in baptismate omnis culpa daturatur. Recedit ergo culpa: sed quia Adam supplantatus a diabolo est, et venenum ei effusum est supra pedes, ideo lavas pedes, ut in ea parte in qua insidias est serpens, majus subsidium sanctificationis accedit, quo postea te supplantare non possit. Lavas ergo pedes, ut laves venenum serpentis. Ad humilitatem quoque proficit, ut in mysterio non erubescamus, quod dedignamur in obsequio. » Ex his magis mens ejus diligoscitur.

(3) Hoc pro certo tenendum est, s. Bernardum noluisse alia sacramenta admittere, quam quæ in Ecclesia Romana agnoscabantur et administrabantur, ac propterea *materiam* pedum ablutionem minime pro vero ac proprio dicto sacramenta habuisse. In questionem proinde criticam ei exegeticam recedit controversia, quid nempe sibi voluerit melius Doctor, dum talia de lotione pedum seripit.

Eodem sensu exponendus Arnoldus abbas Bonae Vallis, auctor sermonis de Ablutione pedum, qui sub s. Cypriani nomine olim proferebatur (1).

Ad 3 dist. Non habebis partem r. ecum ob inobedientiam, C. ex defectu pedum ablutionis in se spectatae, N.

Ad 4 dist. Recepta erat in aliqua particulari Ecclesia, C. in Ecclesia universalis, N. Etenim hunc ritum, fatente ipso s. Ambrosio, non servabat Ecclesia romana; imo nec servabant Ecclesiae africanæ, aliaeque permulta. Verum hoc ipso, quod in nonnullis Ecclesiis ante baptismi collationem hic ritus in usu esset, liquet in sacramentorum album minime fuisse suscepitum. Nam baptismus velut sacramentorum janua semper habitus est.

Ad 5. dist. Impropiæ dicta, C. proprie dicta, N. baptismata enim flaminis et sanguinis nonnisi analogice baptiñata dicta sunt; septem vero ordines sacramenta interdum fuerunt vocati tanquam *partes toties potentiales*, ut loquitur s. Thomas (2), non autem quod habiti fuerint veluti totidem sacramenta distincta.

CAPUT II. DE SACRAMENTORUM N. L. EFFICACIA, SIVE EFFECTIBUS.

Duo recensentur sacramentorum N. L. effectus, gratia sanctificans et character. Prior competit omnibus sacramentis, posterior tribus tantum, baptismi scilicet, confirmationi et ordini. Rursum: gratia in duabus sacramentis, baptismi nempe et poenitentia primo confertur, exitialis culpæ labe profligata; ea-

Alii in alias sententias dilabuntur, cum illius verba explanauit. Car. du Plessis d'Argentré in peculiari opusculo, quod exaravit de hoc argumento, censet s. Bernardum sub materiali lotione pedum spiritualem ablutionem quotidianorum peccatorum per confessionem obtinendam designasse. Quod quidem ostendit 1º ex scopo s. patris, inducendi fratres suos ad harum levium noxarum confessionem; 2º ex disciplina, que vigebat adhuc aetate s. Bernardi in Ecclesia, ut fideles graviora peccata confiterentur in capite quadragesimæ, leviora que contrahi poterant toto quadragesimæ tempore feria V. in cena Domini; 3º ex contextu ipso, ex quo patet, s. Doctorem per caput et manus seu brachia intellexisse peccata letalita, per pedes autem venialis; 4º ex adhortatione ad frequentandam quotidianam hanc pedum ablutionem, que certo de materiali ipsa pedum lotione intelligi nequit. Ex his concludit cit. auctor, s. Bernardum spectasse materialem lotionem pedum, in ultima cena a Christo institutam, ut figuram spiritualis ablutionis quotidianorum peccatorum per confessionem. Quod si de sacramentali confessione locutus est s. Doctor, patet nullum amplius ex ejus verbis penitus difficultatem. Sed cf. A. ipsum in op. *Variæ disputationes theologicae ad opera Martini Grandin.* Paris. 1712. pag. 208.

(1) Pamphilus ad haec Arnoldi Abbatis verba: *Ultima lavaci species quotidiani expiationis commodata*, scribit: «Pœnitentiam haud dubie intelligit; nempe qua (ut paulo post inquit) adhaerentes anima sorores quotidiana satisfactione lavantur.»

(2) In Suppl. Q. 37. a. 1 ad 2 «Divisio Ordinis, inquit, non est totius integralis in suas partes, neque totius universalis; sed totius potentialis, cuius haec est natura, quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem est aliqua participatio ipsius: et ita est hic; tota enim plenitudo sacramenti hujus est in uno ordine, scilicet sacerdotio, sed in aliis est quædam participatio ordinis... et ideo omnes ordines sunt unum sacramentum.» Ad haec si attendisset Calvinus, minime scrupulose, ex mente catholicorum hoc sacramentum esse «Adeo tecum, ut septem ex se sacramentula pariat (Instit. lib. iv. cap. 19. § 22.).» Verum de hoc, suo loco.

dem mirum in modum per sacramenta reliqua augetur. Invaluit porro usus, ut gratia illa, qua primum justificatio per duo illa sacramenta confertur, dicatur *gratia prima*; altera vero, qua adepta justificatio per sacramenta reliqua augetur, appelletur *gratia secunda*; vel etiam ut sacramenta, quibus primum justificatio tribuitur, nuncupentur sacramenta *mortuorum*, cetera, quibus ejusdem justificationis incrementum confertur, dicantur sacramenta *vivorum*. Praeter gratiam sacramentis omnibus communem, alia quedam singulorum propriæ distinguuntur, que *gratia sacramentalis* vocari consuevit, ad peculiarem cuiusque sacramenti effectum exprimendum. Hæc vero gratia sacramentalis ratione sui non distinguuntur a gratia sanctificante seu habituali; ratione effectus adjecte gratie sanctificante opportunam opem ad sacramenti finem obtinendum.

Character vulgo definitur: *Signum quoddam spirituale et indeleibile in anima impressum, quo qui insigniti sunt, deputantur ad recipiendum vel tradendum aliis ea que pertinent ad cultum Dei, ut loquitur s. Thomas (3 p. q. 63. a. 3).*

Utrumque effectum novatores sacramentis deneant. Nam primo juxta systema superiorius expositum gratiae conferenda vim fidei soli adscribunt, que per sacramenta excitatur, vel nutritur, ad hunc finem unice instituta esse sacramenta autem. Secundo nullum propterea intrinsecum discrimen agnoscent inter veteris et nova legis sacramenta. Tertio contendunt, verba quibus sacramenta conficiuntur esse concessionaria, non autem consecratoria. Quarto inveniunt proinde in illam dicendi formulam a Tridentinis patribus adscitam, quod scilicet sacramenta novae legis gratiam conferant *ex opere operato*, tanquam in verborum monstrum, calumnianturque catholicos quasi docerent sacramenta gratiam adultis tribuere *absque bono ipsorum motu seu absque dispositionibus*. Quinto denique, characterem rident utpote *veteribus ignotum, et magis consentaneum incantationibus magicis, quam sanctæ Evangelii doctrinæ ut loquitur Calvinus (1).*

Catholici contra, ex opposito principio de fide dispositive tantum justificante, docent primo sacramentis novae legis inesse propriam quamdam efficientiam, vereque suam, seu gratiam sacramenta continere quam significant, eamque non ponentibus obicem conferre ex vi ipsius a Deo indita, atque, ut aiunt, *ex opere operato* (2). Quapropter docent secundo, dari intrin-

(1) In Antidoto conc. Trid. sess. VII. can. 9. et alibi passim; ipsi præverant Wiclefus lib. iv. *Triologi* cap. 48. Lutherus *De captiv. Babyl.* quos ceteri heretici secuti sunt; quorum dictio non vacat proferre.

(2) Circa vim hujus locutionis seu dicendi rationis *ex opere operato* cf. Bellarm. lib. n. de Sacram. cap. 1. ubi malam adversariorum fidem detegit in hujus dicti interpretatione, ut absurdè affligit catholicæ doctrinæ. Hac enim perpetua fraude heretici omnes usi sunt. Deinde clare ac nitide exponit sensum hujus formulæ, dicens perinde esse dicere: «Sacramentum conferre gratiam *ex opere operato*, ac, conferre gratiam *ex vi ipsius actionis sacramentalis a Deo ad hoc instituta*, non ex merito agentis vel suscipiens.» Id ipsum ceteri theologi toties declararunt presertim Estius in IV. Sent. D. I. § 7. sed heretici aures habent et non audiunt.

secum discrimen inter veteris ac nove legis sacramenta. Tertio, quod consequens est, affirmant, verba quibus conficiuntur sacramenta, esse consecratoria, non autem concessionaria, quin tamen ex parte suscipientis, si adultus sit, necessarias dispositiones excludant, imo plane eas requirunt, cum ex Ecclesiæ doctrina sine ipsis, seu sine *bono motu*, fructus nullatenus percipi possit. Quarto demum docent, in tribus, que recensuimus, sacramentis imprimi characterem, quo fit, ut ea absque piaculo iterari non possint.

Cum igitur totius controversia caput, ex quo cetera pendent, que spectant ad hanc gratiae producendam vim consistat, quoad priorem effectum, in efficacia, quam sacramenta inesse diximus gratiae conferenda, in hoe præcipuo capite vindicando operam nostram impendemus.

Hoc enim semel constituto, reliqua, in quibus a catholica doctrina dissident novatores, sponte veluti sua concidunt. Quare ad temporis compendium facendum ex vindicata sacramentorum N. L. efficacia, reliqua seu totidem corollaria, que ex eo dimant, colligemus.

Permisceri autem non debet dogmatica hæc controversia cum domestica concertatione, que in scholis agitur circa modum, quo sacramenta gratiam producent; num scilicet, ut passim thomistæ contendunt, per efficientiam *physicam*, an vero, ut plerique alii theologi cum scotistis existimant, per solam efficientiam *moralem*. Nostrum non est hanc attingere questionem. Posterior tamen sententia nobis longe clarior videtur, juxta quam applicatio ritus, quo sacramentum constat, Deum movet infallibiliter, ut videte a se fidei, et facte institutionis, gratiam et characterem recipientibus conferat. Scholastici de hac sacramentorum efficientiae ratione fuse disserunt. Qui eam propterea intimius cognoscere appetit, eos aeat (1). Nos interim adversus fidei catholice osores sequentes propositiones statuimus.

PROPOSITIO I.—*Sacramenta N. L. non sunt instituta ad solam fidem nutriendam, sed continent gratiam quam significant, eamque non ponentibus obicem conferunt ex opere operato.*

Est de fide quoad omnes suas partes, ut constat ex quatuor canonibus Conc. Tridentini sess. VII. Qui ita se habent: Can. V. Si quis dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta sint, anath. sit. Can. VI. Si quis dixerit sacramenta N. L. non continent gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signatum externa sint, acceptæ per fidem gratia vel justitia, et nolæ quædam christiane professionis, quibus

(1) De statu questionis cf. Bellarm. de sacram. lib. n. cap. 1. circa controversiam scholasticam pro sentent. de causa *physica* cf. inter ceteros Drovensis te re sacramentaria lib. i. cap. 2. Suarez in 3. P. S. Th. Q. 62 disp. 9. sect. 1. et 2. qui inuenit sententiam thomistarum. Pro sententia contraria cf. Vasquez in 1. P. S. Th. disp. 176. Card. Lugo S. J. de sacrament. disp. 4. sect. 3. Frassen M. O. Scotus academicus tom. iii. disput. proloquial art. 1. Q. 2. concl. 2.

(2) Ο Χριστός ἡγάπησε τὴν εκκλησίαν, καὶ λατέρων παρέδωκεν ὑπὸ στοῖχον ἀριθμὸν καθαρίσας τῷ κουφῷ τοῦ θάρος τὸ φύγαν. Vox vilis deest in Gr.

(3) N. S. βάπτισμα θάρατος, οὐρανίας, παλιγγενεσία φυγῆς... νιαζειν τὰ κόρηα.